

**Badische Landesbibliothek Karlsruhe**

**Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe**

**Minerva, sive de causis latinae linguae commentarius**

**Sánchez, Francisco**

**Schoppe, Caspar**

**Perizonius, Jacobus**

**Franequera, 1687**

De pretii praepositione

[urn:nbn:de:bsz:31-109138](#)

miser. Matthæi cap. 3. de grano sinapis; quod minimum est omnibus seminibus. Arnobius lib. 2. contra Gentil. Quia omni vero verissimum est, certoque certissimum, subaudi prae. Vide inf. in adverb. Ellipsi. Quam pro.

*De pretii prepositione.*

Pro.

**N**on bene pro toto libertas venditur auro.  
 „[Lucillius apud Charisium in , Plu-  
 „, re; Plure foras vendunt, quod promi-  
 „, nore emunt.] Plaut. Asin. Par pari datum ho-  
 stimentum est, opera pro pecunia: idem Aul. Pro  
 vapulando abs te mercedem petam. Colum. l. 5.  
 c. I. Pro quibus nulla merces dependit. Æneid.  
 5. Hanc tibi Eryx meliorem animam pro morte Da-  
 retis Persolvo. Cæsar I. Civ. Pecuniam pro iis re-  
 bus solvit. Cic. 4. Fin. Æstimatione aliqua di-  
 gna, eaque pro quantum in quaque sit ponderis, esse  
 estimanda. Sall. Nemo nisi vicitor pro pace bellum  
 mutavit. Valer. Max. I. 4. c. 6. Qui conjugis  
 fata pro tuis permutari passus es: „ [& l. 5. c. 2.  
 „ Pro Leonico omnes hostium captivos permutavit.  
 „ Cic. Ennius pro Afris immutat Africam.] Te-  
 s. rent. Eunuch. Par pro pari referto. Sic enim le-  
 gunt peritiores. Cic. I. Verr. Pro quo frumento  
 pecunia omnis soluta non est. Sallust. Jugurtha;  
 pro metu repente gaudium mutare. Nec refert La-  
 tinitatis, utra in parte adhibeatur præpositio,  
 utroque enim modo pretium significatur, vel  
 æstimatio; ut, Dedi leporem pro denario; vel  
 dedi pro lepore denarium. Terentius; Heri minas  
 viginti pro ambobus dedi. Horatius; Dedit hic  
 pro corpore nummos. Virgil. Vitamque volunt pro  
 laude pacisci. Hinc illa trita, pro nihilo puta-  
 re, pro nihilo pendere. &c. „ [Horat. Nec ver-  
 „, bum

*...bura verbo curabis reddere fias Interpres. Ubi  
...subauditur pro: dicit enim Cicero, Verbum  
...pro verbo reddere.]*

## De verbis copiæ, &amp; inopio.

**I**N verbis copiæ, & inopio, causa cerni-<sup>A</sup>, vel tur velut efficiens, ideo deest à, vel *de*. *De*. Cæsar 3 Civil. *Hec à cunctisibus classum loca* maxime vacabant. Cicero 5 Attic. *Locus à frumento copiosus*: idem pro Flacc. *Uisque eo orba fuit ab optimatibus illa concio*: idem pro domo; *A magistratibus nuda Rœp.* ibid. *Ab amicis inops*: idem in Officiis; *Adhibenda est vacuitas ob angoribus*: idem pro Dejot. Sed tamen quicquid à bello Populi Ro. vacabat. Livius; *Ns quando à metu, ac periculis vacarent*. Virgil. Culice; *Viduos à lumine Phœbi* Sallust. Catil. *Onnes qui de reb. dubiis consultant, ab odio, amicitia, ira, misericordia vacuos esse decet*. Cic. *De quibus volumina impleta sunt*: idem; *De nugis referti libri* Martial. *Hos nisi de flava leculos implere moneta, Non decet. Dicitur; Sanguis manat à vulnere, vel de vulnere*. Itaque, Egeo pecuniis, est, Egeo egestatem à pecuniis, hoc est, à parte pecuniarum. *Tenus subauditur in, Fine ingunum intrare in mare*. Hac fine ames, tanquam oscurus. Vide Finis.]

## De variis aliis præpositionibus.

**Q**uum Modum significamus, varias *cum, in, aut in-* de, ex. præpositiones aut apponimus, aut intelligimus; ut, *lento gradu; longa veste*; *hac lege, ordine*: *vel, cum lento gradu; cum longa veste; sub hac lege, &c conditione; ex ordine, vel*

K k

m